



Iherusalem: et precepit omni populo dicens. Facite phase domino deo vestro: secundum quod scriptum est in libro pharis huius. Hec enim factum est phase tale ad iherusalem qui iudicauerunt israel: et omnium dierum regum israel et regum iuda sicut in nono decimo anno regis iosie factum est phase istud domino in iherusalem. Sed et pythones et aruiolos et figuras ydolorum et in mundicias abominacionesque que fuerunt in terra iuda et iherusalem abstulit iosias: ut statueret verba legis que scripta sunt in libro quem inuenit helchias sacerdos in templo domini. Similis illi non fuit ante eum rex qui reuerteret ad dominum in omni corde suo: et in tota anima sua et in uniuersa uirtute sua iuxta omnem legem moysi: neque post eum surrexit similis illi. Verum propter non aduersus dominum ab ira furoris sui magni quo iratus est furor eius contra iudam propter irrationes quibus prouocauerat eum manasses. Dixit itaque dominus etiam iudam auferam a facie mea sicut abstuli israel: et praeuocauit hanc quam elegi iherusalem: et domum de qua dixi nomen meum in iherusalem. Reliqua autem uerborum iosie et uniuersa que fecit. Hec scripta sunt in libro uerborum dierum regum iuda. In diebus eius ascendit pharaon necho rex egypti contra regem assiriorum ad flumen euphraten: et habitit iosias rex iuda in occursum eius: et

occisus est in mageddo quum uidisset eum: et portauerunt eum serui sui mortuum de mageddo et portulerunt in iherusalem et sepelierunt eum in sepulchro suo. Tulitque populus terre iosias filium



iosie: et unxerunt eum et constituerunt eum regem pro patre suo. uiginti trium annorum erat iosias cum regnare cepisset: et in mensibus regnauit in iherusalem. Nomen matris eius amethal filia iheremie de lobna: et fecit malum coram domino iuxta omnia que fecerant patres eius. Vixitque eum pharaon necho in reblachya que est in terra emath. Hec regnauit in iherusalem. Et in posuit multam terrae centum talentis argenti et talento auri regemque constituit pharaon necho eliachim filium iosie pro iosia patre eius. ueritque nomen eius iosachim. Porro iosias tulit et eduxit in egyptum. Argentum autem et aurum dedit iosachim pharaoni cum in direxisset terrae phinglos ut conferretur iuxta preceptum pharaonis. Et unum quemque secundum uires suas exegit tam argentum quam aurum de populo terre. ut daret pharaoni necho. Viginti quinque annorum erat iosachim quum regnare cepisset: undecim annis regnauit in iherusalem. Nomen matris eius: sebida filia sadaya de ruma. Et fecit malum coram domino: iuxta omnia que fecerant patres eius. In diebus eius

Lxx. m.